Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



36

monachorū religio. Vel certe potest hoc referri ad
diem iudicii quando in manifestissima crebrescente tem
poribus ante xpi persecutione amplior in ea virtus
continebit operationis. dum iudei & gentiles partier
in fide xpi fundati duplo quā nunc laborabunt.
Sed habeo aduersū te quia permittis mulierē iezha
bel que seducit ppheticū docere & seducere seruos
meos fornicari & manducare de idolothytis. Hulla
ratio permittit ut hęc uerba pertineant ad eos quos
superius tanta fugat laude persecutus. sed a gene
rali corpore electorū uertit sermonē ad partē reprō
borū que in doctoribus intelligitur. qui sua negligen
tia fornicationē & idolatriam in ecclia cōmittunt
sub nomine xpiano. Sed iam nunc uideamus sensū.
Fuit iezhabel uxor achab regis israhel. idolatra si
mul & fornicaria. quę cotidie seruos insecuta est.
Verū hęc mulier non uixit usq. ad aduentū dni. Hā
& unguis equorū legimus illā conculcatā. Sed quia
erant in cāde ecclia qui opera illius mala imitabantur.
idcirco ipsa ipsa mater fornicationū iezhabel no
tatur. Sicut enim omnis electi unā uitā ducentes.
unū corpus xpi faciunt. sic omnis reprobi unū cor
pus diaboli de se reddunt. sicq. fit ut precedentia
mala sequentibus. & sequentia precedentibus inuenia
ntur coniuncta. Vnde scriptum est. Ve illis qui uia
cain abierunt. Et iohs dicit. Hunc multa anta xpi
facti sunt. Potest etiā fieri ut tunc temporis sicut
& quidā affirmant & alia translatio demonstrat
fuerit hęc mulier in cāde ecclia uxor uidelicet